









1745.

1. Buderus, Christianus Gottlieb: De testamentis  
episcoporum Sorinianorum
2. Buderus, Christianus Gottlieb: Notitia iuriis fundatio  
Rev. Norvegiae.
3. Bickhorns, Christianus Peter: Regiae scientiarum Conferatio  
nis vel simili rem edio suspensio et stipulationis  
renuntiationis.
- 4<sup>a</sup> = Engan, Io. Rudolphus, Ord. ius. decanus: Program  
ma, quo exequatur ordinis Johannis Lici testamento  
factionem visitat ad ... David Lutheri ... Noptu  
lacionem ... invitatus.
5. Engan, Io. Rudolphus: Programma: + To fideis bar  
aticei ... Fideicisi Christiani Sevelii ... mag  
istrals' disputationis ... praemissum.
- 6<sup>a+b</sup> = Ingarius, Rudolphus: De furto magno.

1745.

7. Heimburgius, Dr. Corp., Ord. ius. ex decanis Programma:

, Re tributore ad ius tertio cedenda haud obligatio . . .

Io. Wilhelmus Westphalii . . . manu. Dissertationis  
praemissum . . .

8. Schmidt, Iacob. Erdmann : De canticis origine, iuris  
latinique systematis exemplo republ. Petaviorum  
illustratis

9. Walckius, Dr. Iacob. Tamm : De magistris veterum  
Romano-um, qna . . . Isamem Fridericium . . .  
pratulacione prosequitur

10. Walckius, Dr. Georgius : De translationibus ministerio-  
rum in veteri ecclesia . . .

1746

1. Daries, Iacob. Georgius : De acquisitione hereditatis jusque 7. Jo-  
efficiens secundum jus naturae . . .

2.<sup>o</sup>

1746.

2. Engan, Jo. Rudolphus, Turemonius. Ord. ex decanes: Pro-  
gramma I: *De transactione cum laeso initia paucis  
criminaliis misericordia?* Joannis Daniellis Rein-  
hardi. . . inauguatio disputationis. -- pae-  
missum.

3. Enganius, Jo. Rudolphus: *De traditione Historis  
et maxima ceteris* . . .

4. Graschius, Joannes Andreas: *De indifference actionum  
hominum moralium.*

5<sup>o</sup> et Hemburgius, Jo. Cyp: *De transactione judiciale  
in vita.* 2 Sept. 1746 - 1747.

6. Hoffmannus, Joannis Karsten: *De causa mulierum  
quando licite vel admodum vel legitime practice  
mittendis.*

7. Schauburg, Joann. Gottfr: Ord. ius. ex decanes: *De sectione  
debitoris in partes occasione legis decompositio  
discret et simul Wilhelmus Suerus Domus schmid  
disputationem inaug. . . indicat.*

1746.

8. Sorber, Joannes Tacitus: De natura et indele remedii  
devolutiui a spellationis in Germania aliquae propositi  
cisis

9. Walckius, Christ. Guili. Franciscus: De Otone Magno Italie  
regi ac Romanorum Imperatore.

10. Walckius, Id. Ernestus Trennauus: De vinculis apostolice  
Parvilli:

DE  
I V R E  
VTENDI LEVTERATIONIS  
VĒL SIMILI REMEDIO SVS.  
PENSIVO SI ADPELLATIONI  
RENVNCIATVM EST  
DISSERTATIO IVRIDICA

QVAM  
CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
PRAE S I D E  
**C IRISTIANO HENR. ECKHARDO**  
PHILOS. ET IVRIVM DOCTORE  
ELOQVENT. ET POES. PROF. PVBL ORDIN.  
AD D. XXXL IVLII CICIOCC XXXXV  
PVBLICE DEFENDET  
**IOANNES CAROLVS SCHATZ**  
ARGENTORATENSIS.



IENAE EX OFFICINA RITTERIANA.





Q. D. B. V.

DE

I V R E  
VTENDI LEVTERATIONIS VEL SI-  
MILI REMEDIO SVPENSIVO SI ADPELLA-  
TIONI RENVNCIATVM EST  
DISSERTATIO IVRIDICA.

C A P . I.

DE

VARIIS REMEDIIS IMPVGNANDI SENTEN-  
TIAM, EORVMQUE NATVRA AC IN-  
DOLE DIVERSA.

S Y N O P S I S .

- §. I. SAEPENUMERO fit, ut litigantes poenitentia, quod tenevere factum est, corrigere studeant.  
§. II. Sic adpellationi interpositae mox renunciant, et remedio, ut vocant, suspensio uti volunt. Instituti ratio exponitur.  
§. III. Varia diversi generis remedia aduersus sententiam in iure prodita sunt.
- §. III. Quaenam a Romanis inuenita sim?
- §. V. An etiam suspensiois remediis locum dederint?
- §. VI. Quae hic obici queant, diluntur.
- §. VII. Nullum erat apud Germanos discrimen inter sententiam ipso iure nullam et iniquam, nec certum tempus

A

tempus

- tempus prouocationibus lege praefinitum.
- §. VIII. Iure germanico prouocandi sententiasque iniquas rescindendi libertas nullis limitibus erat circumscripta.
- §. VIII. Apud Germanos sententia in eodem, in quo lata erat, iudicio impugnari et mutari poterat.
- §. X. Origo remediorum, quae suspensua vocantur, ex iure germanico repetenda est.
- §. XI. Remedia aduersus sententiam quae iure rom. et germanico prodicta sunt, vnu fori recepta sunt.
- §. XII. Remedia suspensua recensentur et explicantur, veluti leuteratio.
- §. XIII. Supplicatio.
- §. XV. Reuiso.
- §. XVI. Nullitatis querela.
- §. XVII. Restitutio in integrum.
- §. XVIII. Natura et indoles horum remediorum exponitur.
- §. XIX. Ex iure rom. est, quod intra decendium haec remedia secundum usum fori interponi debeant.
- §. XX. Remediorum deolutiuorum definitio.
- §. XXI. Diuisio remediorum in ordinaria et extraordinaria an hic admitti posset?
- §. XXII. Verum supplicatio ordinarii an extraordinarii remedii loco habenda sit?
- §. XXIII. Cur diuersi generis remedia aduersus sententiam legibus concessa sint?

## §. I.



ERSAEPE, vt in omnibus negotiis, sic quoque in iudiciis vsu venit, vt, quum sibi optime consultum velint, qui litibus distinentur, quid agant, quid consili capiant, ignorant, et numquam tam prudenter, tam circumspecte de rebus suis constituant, quin parum sibi prospexisse postea experiundo intelligent. Sed quum factum infectum, quantumvis velint, reddere nequeant; in poenitentia facti sibi salutem quaerunt, vt, quae sibi imminere vident, mala auertant, aut plus commodi consequantur, rati, optimum poenitenti portum esse mutationem consilii. Praesertim hoc iis accidere solet, qui parum propitia iudicis sententia praeter opinionem

nione[m] oppressi sunt, tanto magis, quanto certius ea magnum in discrimen caussam suam adductam arbitrantur. Perculsi itaque hoc veluti fulmine, ne cordiae aut negligentiae poenas luant, et iniqua sententia sibi fraudi sit, interposita statim adpellatione ad superiorem iudicem caussae cognitionem transfrunt, praecipiti admodum consilio, et mox poenitendo. Etenim quod non sine insigni molestia, summaque difficultate consequi possunt, id longe facilius multo-que certius in eodem iudicio alio remedio se impetraturos confidunt, ideoque adpellationi renunciant, et eo, quod sibi magis expedit, remedio vtuntur. At vero, si vt iis, qui in itinere errarunt, sic in foro errorem poenitendo corrigere liceret, felicior esset emendatio te-meritatis, et praecclare cum litigantibus ageretur.

## §. II.

Etsi vero satius foret nihil agere, nisi subductis ante rationibus, et diligenter animo prouisum perspe-ctumque sit, quid vtile, quidue factō opus sit, quam susceptum consilium temere mutare, quia, vt recte iudicat **CICERO** Tusc. quaest. cap. XXVII sapientis proprium est nihil, quod poenitere possit, facere: tamen pru-dentissimus saepe fallitur, et qui plurimum in caussis orandis versatus est, sibi nonnumquam ita cauere ne-quit, quin aliter atque existimauit res eneniat, et ab instituta ratione discedere malit. Multa praecclare dicta sunt ab **ISOCRATE**, sed nihil verius illis aduersus Cal-limachum p. m. 890. πολλὰ ταξά γνώμην ἐν τοῖς δικαιο-ποιοῖς ἀποθέανται, καὶ ὅτι τύχη μᾶλλον καὶ τῷ δικαίῳ κείνεται, multa in iudiciis praeter sententiam eueniunt, planeque for-

A 2

tuna

tuna magis, quam iudicium decernit. Ex quo facile intelligi posse arbitramur, non raro in foro accidere, ut quis adpellationem, quam aduersus iniquam sententiam interposuit, missam faciat, eique renunciet, ut leuterationis, vel supplicationis, vel reuisionis, vel simili remedio vti queat, non alio consilio, quam vt errorem magnae sibi fraudi olim futurum, corrigat, et, quod caput rei est, faciliori ac commodiori via ad ius suum perueniat. Venit tunc in controuersiam, an adpellationem cum remedio suspensiō commutare liceat, id est, an integrum sit, si adpellationi renunciatum sit, leuterationis, vel supplicationis, vel aliud remedium eligere: de quo nobis differere quaedam consilium est.

## §. III.

Quandoquidem vero litigantes, praecipiti et in iquo iudicio perturbati, omnia ciment, et solliciti maxime sunt, quid futurum sit, et quonam vtantur consilio: praecclare commodeque illorum sollicitudini in iudiciis rite sapienterque constitutis consuluntur. Etenim pluribus ad rescindendas sententias comparatis remediis locum faciunt, quae vti natura et indole, ita effectu inter se multum differunt, vt ex illis id, quod ex vsu maxime pro re nata sit, adhiberi queat. Aliis enim caussa controuersa ad superiorē iudicem transferunt; aliis illud agitur, vt sententia iniqua, ab eodem iudice, a quo lata est, caussa denuo et adcuratius discusa, rescindatur aut emendetur.

## §. III.

Romani sane, iuris praecclare sapienterque consti-  
tuendi optimi magistri, varia iam inuenerunt reme-  
dia,

dia, in quibus iis, qui a iudicium tribunalibus tristes  
discerferant, aliquid praesidii esset aduersus sententias,  
ciuium fortunis inimicas. Etenim non adpellandi so-  
lum prouocandique licentiam dederunt iis, qui sen-  
tentia se laefos conquerebantur, vt in superioris iudicis  
aequitate perfugium esset, sed etiam beneficium *suppli-  
cationis* intra biennium Imperatori, intra decendum  
vero Praefecto praetorio, qui sacra vice iudicabat, of-  
ferendae, indulserunt, quo iniquas sententias e medio  
tollerent. *L. vn. C. de sentent. Praef. Praet. Nou. CXIX.  
cap. V.* In promptu quoque erat *restitutio in integrum*,  
quaes aduersus sententiam vel ab ipso principe, vti patet  
ex *L. III. C. si aduers. rem iudicat. vel a Praefecto Prae-  
torio peti poterat per L. vn. §. vlt. D. de offic. praefat. Praet.  
L. XVII. D. de minor.* Illustrē sane exemplum restitutio-  
nis aduersus sententiam exstat, in *L. XXXIII. D. de re  
iudicat.* Quin & aliud remedium iure ciuili iam antiqui-  
tus proditum videtur, nempe *reuocationis in duplum*, quo  
promissa dupli poena, nisi vinceret, qui reuocabat,  
causa denuo in iudicium reduci potuit, si adpellati-  
onē vel restitutioni in integrum non amplius locus  
fuit, vti praecclare eleganterque more suo ostendit **CORNELIVS VAN BYNKERSHOEK** in *Obseruat. iur. rom.*  
*L.VI. cap. X.* Ab vtraque diuersa fuit *retractatio*, quip-  
pe qua concessa precantis argumenta denuo relegeban-  
tur, de qua disserit **NICOL. HIERONYMVS GVN-  
DINGIUS** in *dist. de transmiss. actor. §. XI.*

### §. V.

Quamquam vero Romani varia proposuerunt re-  
media, quibus litigantibus, iniqua sententia oppressis,

A 3 egre-

egregie consulebatur: talia tamen, quae a viribus rei iudicatae sententiam tantum suspendunt, quaeque *suspensa remedia*, adpellatione in foro recepta, vocari solent, plane ignorarunt. Nam ut magna apud eos iudiciorum erat auctoritas, ita quoque reipublicae interesse videbatur, sententiarum mutatione eam non imminui aut infringi. Praeclare hoc intellexit **IACOBVS GUTHERIVS** de officiis domus augustae L. I. cap. XXVIII. nam quum status, inquit, rebus iudicatis maxime contineatur, iudiciorum perturbationes, rerum iudicatarum infirmationes, ciuitatum adfictarum perditis in rebus extremi exitiorum exitus solent esse. Quae cum accidunt, nemo, quin intelligat, ruere illam rempublicam, et ubi euenum, nemo est, qui ullam spem salutis reliquam esse arbitretur. Hinc sententia semel prolata, veluti ex triplode emisum oraculum, nec a iudice, consilium mutante, refigi, nec protiocantium querelis rescindi poterat. **FRANC. POLLETVS** in historia fori rom. L. V. cap. XVI. **CAROLVS BRETVS** de ordin. perantiqu. iudicior. ciu. cap. XLI. Ita enim Diui fratres rescripsierunt, suam mutare sententiam neminem posse, idque insolitum esse fieri in L. XXV. pr. D. de poenis, id quod paullo planius explicat **ULPIANVS** in L. LV. D. de re iudicat. Iudex, inquit, posteaquam semel sententiam dixit, postea iudex esse definit; et hoc iure vitimur, ut iudex, qui semel vel pluris vel minoris condemnauit, amplius corrigere sententiam suam non possit. Semel enim male seu bene officio suo functus est. Itaque fieri non poterat, quin omnis licentia murandi et refigendi sententiam esset praecisa, quum, simulatque iudicatum erat, iurisdictio apud Romanos exspiraret. **ANT. PEREZ** in Praelection. in Cod. L. VII. T. XLV. n. 29. 30.

§. VI.

## §. VI.

At vero supplicationes et restitutions in integrum apud eundem iudicem interponebantur, iisque sententias iniucas rescissas esse diximus. Sed vide, quae so, quam acute eas explicuerint veteres iuris antistites, ne a iuris principiis, et veteri iudicij more nimis alienae videantur. Nam qui supplicat, non tam de sententiae iniuitate, qualis suspicio vix cadere potest in singularem Praefecti Praetorio industriam, sapientiam, et exploratam fidem, conqueritur, ut is, qui adpellat, quam ad principis clementiam, tanquam asylum confugit, uti praecclare obseruauit doctissimus ANTONIVS PEREZ l.c. L. VII. T. XLII. Accedit, quod supplicatio, quum non impedit exsequitionem, et supplicans iudicato satis facere debeat, auth. quae supplic. C. de precib. Imp. offerend. suspensuo effectu fuerit destituta. Restitutio vero in integrum, quae ab ipso Praefecto Praetorio aduersus eius sententiam peti poterat, erroris potius proprii veniae petitionem, vel aduersarii circumventionis allegationem, quam iniuitatis sententiae querelam, uti adpellatio, continet per L. XVII. D. de minor. vid. NIC. HIER. GVNDLING in diss. de transmiss. actor. cap. I. §. XI. Ex quibus satis, opinor, adparat, diligenter postea quoque seruatum esse principium, neque a iudice sententiam corrigi, neque prouocantium querelis, si rei iudicatae vires nacta sit, impugnari posse, et Romanos remedia, quae aduersus sententiam apud eundem iudicem interponi poterant, plane ignorasse.

## §. VII.

Progredimur ad Germanorum instituta patriosque

que mores, quorum prudentiam atque sinceritatem plures rident, quam perspiciunt, opinionis quodam errore, nihil quod praeclarum, reique publicae salutare sit, ab illa alia gente, quam a Romanis constituit potuisse. Sed contra hos desinendum tandem est disputare. Quid enim commeruere maiores nostri, ut tam sinistre de eorum legibus sentiamus, in quibus simplex illa et germana aequitatis, quae aeterna lege, quam ex ipsa arripuiimus natura, nititur, effigies ita expressa est, ut eam veluti in speculo intueri liceat? Sic autem habendum est, non habuisse Germanos certum temporis spatium, prouocationibus lege praefinitum, quo elapsa sententia pro lege valuerit, nec sententias iniquas ab ipso iure nullis distinxisse, quod non sine insigni eruditio adparatu ostenderunt vir per illustris, LEOPOLDVS NICOLAVS L. B. AB ENDE in comment. de fatal. rigore iniqu. cap. V. §. X. et V. C. GEORG. LVDOVICVS BOEHMER in diff. de prouocation. iuris german. cap. I. §. III.

## §. VIII.

Videor itaque mihi iam perspicere, liberrimam apud Germanos fuisse adpellandi et rescindendi iudicata potestatem, nec ullis limitibus circumscriptam, aut difficultatibus impeditam. Etenim causarum cognitiones adpellationibus ab inferioribus iudicibus ad superiores deuoluebantur, ut, quae iniuste iudicata essent, rescinderentur, et aequiori sententia emendarentur, et quidem vel ad duces, vel ad comitia, vel ad reges, ut cuiusque reipublicae ratio ferebat, quod variis exemplis comprobarunt IO. GOTTLIEB HEI-  
NEG-

NECCIVS in element. iur. germ. Tom. II. L. III. tit. VIII.  
§. 291. et GEORG. LVDOVIC. BOEHMER l. c. cap. I.  
§. VI. Et quod iure romano insolens plane et inauditi-  
tum erat, litigantibus non solum finita, sed etiam vix  
inchoata lite, protuocandi dabatur licentia, si laesos se  
esse putabant ob citationem aduersae partis a iudice  
non decretam, aut si lis nimis protraheretur. Ita enim  
**LEGE WISIGOTHORVM** Lib. II. tit. I. §. XXXI. cau-  
tum reperitur: *si coepta iam apud iudicem aut finita, seu*  
*apud sacerdotem, sive apud comitem actione causidicus ite-*  
*rum cum regali iussione occurrerit, is, qui causam iudicare*  
*coepit seu finiuit, illis rei gestae redditurus est rationem, qui*  
*per regium decretum instituti sunt iudices, quatenus si male*  
*iudicasse conuincitur, iuxta leges satisfaciat petitori.*

## §. VIII.

Sed nescio, an ex villa re Germanorum prudentia in  
constituendo iure aequabili magis eluceat, quam ex eo,  
quod iudices sententiam a se prolatam mutare et corri-  
gere, eamdemque in eodem iudicio impugnari pateren-  
tur. Quid enim opus est in tot tricis morari, et per  
ambages fatigare litigantes? Nonne stultum aut insa-  
num eum dices, qui, quo recta possit via peruenire,  
eo non nisi per circuitus et longos anfractus contendere  
velit? Loquantur iam ipsae leges, quae fidem dictis fa-  
cient. Antiquissimae leges, **SALICA** nimirum et **RI-**  
**PVARIA**, litigantes ante quam ab iniqua sententia pro-  
uocent, iudicem semel iterumque admonere iubent, ut  
secundum leges iudicet, et aequiorem ferat sententiam.  
*Lex. Salica T. LX. §. 1. Lex Ripuar. T. LV.* Integrum  
proinde iudici, bis terue admonito erat, sententiam,  
causa

B

causa adcuratius cognita , aut confirmare aut emendare, et nisi alterutrum fecisset, male iudicatae causae poenam incurrebat. Simile fere institutum WISIGOTHIS placuit, qui legibus sanxerunt, ut episcopi iudices peruersis iudiciis populos opprimentes paterna pietate comoneant, quo male iudicata meliori emendent sententia. Leg. Wifigothor. L. II. T. I. XXVIII. XXX. XXXI.

## §. X.

Iam vero satis constat, remedia, quibus hodie in foro vtimur, ad aequiorem sententiam obtainendam ex patriis moribus legibusque profluxisse, et perperam leuterationis, in Saxoniae foris solemnis, originem ex Romanorum legibus deriuari. Nollem igitur viro doctissimo, GOTTFRID. MASCOVIO excludissent, quae in adnotationibus eius ad Grauinæ Origin. iur. ciu. L. I. n. CXXV. leguntur, quae de retractatione sententiae intra decem dies Praefecto Praetorio offerenda dicuntur, vulgo non solent obseruari: et si inde origo leuterationis peti possit, quam doctores Saxones alias moribus suis acceptam fereunt. Quae enim infelicitas est, vt quae dilucide Germanorum legibus constituta videmus, a Romanis repeatantur, quae nihil praefidii in legibus illorum reperiunt, quid? quod illis manifesto repugnant? Neque vero leuteratio solum, sed etiam alia remedia suspensiua, quae vsu fori recepta sunt, et vel reuisionis, vel supplicationis, vel restitutionis in integrum nomine veniunt, et ad sententiam in eodem, in quo lata est, iudicio refigidam comparata sunt, vetustissimis Germanorum legibus institutisque suam debent originem, quia a rationibus iuris rom. discrepant, et cum moribus Germ. adpri-

adprime congruunt. vid. illustris HENR. CHRISTIANVS SENCKENBERG in *Anfangs-Gründen der teutschen Rechts-Gelehrsamkeit* p. 195.

## §. XI.

Quemadmodum vero ius romanum aequa ac germanicum in iudiciis Germ. regnat, ita quoque remedia utroque iure definita, quibus iis, qui iniqua sententia oppressi sunt, prospicitur, usus fori seruat. Sed iis, quae germanicae sunt originis id, quod plerisque aliis iuribus patriis, accedit, ut tot iuris peregrinae laciniis inuoluta sint, ut nativae indolis imaginem vix referant, et ex quo fonte promanauerint, nemo, nisi qui antiquitatis patriae haud incuriosus est, intelligat.

## §. XII.

Varia igitur remedia in promtu sunt, quibus litigantes, si sententia, a iudice lata, laesos se esse arbitrantur, ut possint, quorum indeoles paucis iam exponenda. Vocantur autem consuetudine loquendi in foro recepta alia *suspensua*, alia *deuolutua*. Negare vero non licet, quod inter omnes usus forensis haud plane imperitos constat, adpellationem quoque sententiam a viribus rei iudicatae suspendere, et in certis modo casibus deuolutium tantum effectum habere. SIGISMUNDVS SCACCIA de *appellation. quaest. III. DAVID MEVIVS Part. VII. dec. CCXL.* Reste quoque sentiunt, qui vix dari censem remedia ita comparata, ut effectu solum deuolutio gaudeant, si a remedii suppliacionis et revisionis, quatenus in summis Imperii iudiciis usu veniunt, discedatur. Vid. vir illustris, IO. GOTTFRIED SCHAVMBVRG in *princip. praxeos iurid. iudicar.*

*tiar. L. I. Sect. II. cap. I. §. 4.* Sed quum adpellatio numquam non caussam ad superiorem transferat iudicem: facile patet, hoc nomine eam a remediis, quae sententiam tantum a viribus rei iudicatae suspendunt, recte commodeque distingui.

### §. XIII.

*Suspensua remedia* vocantur, quae contra sententiam in eodem iudicio, in quo lata est, interponuntur, ut caussa denuo cognita illa aut emendetur aut declaretur. Eiusmodi est leuteratio, quae in iudiciis Saxonis, aliisque compluribus recepta est, teste **BENEDICTO CARPZOVIO** in *Process. ciu. Tit. XVII. n. 24.* **LVDOVICO GUNTHERO MARTINI** in *comment. ad ordinat. process. iudiciar. Saxon. Tit. XXXV. §. 1. n. 4.* Invaluit tamen mos in iudiciis, ut interposita leuteratione sententia noua non ab ipso iudice, qui de caussa cognouit, sed transmissis actis a **ICTORUM** collegio feratur.

### §. XIV.

Eadem ratio est supplicationis, quae locum remediis suspensi obtinet, si iudex, a quo sententia lata est, superiori, qui adpellari possit, non subiectus est, aut lis ita comparata, ut eius cognitio ob deficientem summam, quae requiritur, aut ob indolem suam adpellatione ad summa imperii iudicia deuoluti nequeat. Quibus in casibus quium ad eundem dirigatur iudicem, facile patet, eam leuterationis loco esse iis in locis, vbi recepta est, adeoque sententiam a viribus rei iudicatae suspendere. **ROSBACH** in *Process. iudiciar. tit. LXXVI. num. 7.* **BARTHOLOM. LEONHARD. SVENDEN-DOER-**

**DOERFER** in *Process. Fibig.* p. 897. Neque vero ubique locorum supplicatio tamquam remedium suspensuum, sed tantum in terris Brunsuicensibus et Luneburgensisibus obtinet, vti auctor est vir illustris, **ESAIAS PFENDORF** in *introduct. in process. ciu. Part. IV. cap. II. scđ. VI. §. III. sq.* item in Lusatia superiori et inferiori, teste **MARTINI** in *comment. ad ordinat. process. T. XXXVII. n. 6.* Marchia Brandenburgica, et ducatu Bremensi. vid. **LAVTERBACH** in *colleg. pract. T. III. p. 1469.*

### §. XV,

Sicuti leuteratio in Saxonia, ita in iudiciis Bremensi, Stadensi, et Wismariensi, aliisque terris, quorum recensum dedit **IAC. FRIDERICVS LVDOVICI** in der *Einleitung zum Ciuil-Proces* cap. XXX. §. XII. vñtata est *reuiſio*, quae, vt recte existimat laudatus **SVENDOERFER** l. c. cap. II. p. 812. pro remedio suspensiō habetur, quatenus in iudicis inferioribus locum habet, et instar leuterationis est. Nam de reuisione in Camera imperiali vñl probata hic non agimus, vti nec supplicatio, quae in senatu imperatorio concedi solet, huc pertinet.

### §. XVI.

Sunt præterea alia remedia, quibus sententiae in eodem iudicio, in quo latae sunt, impugnari posunt, et quae vim suspensiōrum remediorum habent, veluti *reſtitutio in integrum*, et *querela nullitatis*. Illa in iudicis Pomeraniae pro remedio ordinario est, quo sententia coram eodem iudice, a quo lata est, impugnatur, et a viribus rei iudicatae suspenditur. **D. DAVID**

VID MEVIVS Part. II. dec. CLII. dec. CCXCVIII.  
num. 2. P. III. dec. XVIII. GEORG. MELCHIOR DE  
LVDOLPH in *commentat. systemat. camerat.* p. 305. add.  
SVENDENDOERFER l. c. p. 899. Sic quoque eidem  
in foris Calenbergenibus, Hildesiensibus, Cellensibus et  
Guelpherbytanis locum dari testatur vir laudatissimus  
PVFENDORF in *introduct. in proc. cin.* P. IIII. *Sect. IIII.*  
*cap. IIII. §. III. sq.* Nec illo remedio prohibetur, qui  
iam supplicauit, aut leuterauit, eademque eius inter-  
ponendi ratio est, quae in leuterationis aut supplicatio-  
nis instantia obseruatur, IDEM l. c. §. IIII. et V.

### §. XVII.

Querela nullitatis vnumquemque vti posse, qui  
sententia laesum se esse arbitratur, notius est, quam vt  
multis hic probari debeat. Interponi autem illa potest  
coram iudice inferiori, ita, vt perinde ac alia remedia  
ad decendii fatale sit restricta. MARTINI *commentar.*  
*in ordinat. iudic.* T. XXXVIII. n. 18, sed quum nullitas  
vel sanabilis, vel insanabilis sit, de priori hoc intelligen-  
dum est. Nec separatim tantum haec nullitatis que-  
rela institui, sed etiam cum alio remedio v. g. adpell-  
atione aut supplicatione coniungi potest, vti in senatu  
imperatorio non nisi coniunctim cum supplicatione  
proponi debet per *Ordinat. Senat. imp. aul.* T. V. §. VII,  
quo iure etiam in iudiciis Brunsuicensibus et Lune-  
burgicis vtuntur. PVFENDORF l. c. p. 664. Quam-  
quam vero ob nullitatem, quam vocant, insanabilem  
querela separatim et intra triginta annos institui potest:  
satius tamen est intra decendum illam interponi, et  
cum adpellatione aut alio remedio suspensiō cumu-  
lari,

lari, quia sententiae exsequutio alias non suspenditur. vid. SAM. STRYK in *introduc. ad praxin foren. cap. XXIII. §. 27.* Illud quoque notandum est, in terris electoratus Brunsuico Luneburgici usui querelae nullitatis remedium restitutionis in integrum excludi, et utrumque quidem cumulari posse, sed uno electo alterum tolli, vti obseruat PUFENDORF *l.c. cap. V. §. 1.*

## §. XVIII.

Iam quae horum remediorum sit ratio, et quem in finem illa omnia comparata sint, illud quidem dictu est proclive. Quod de leuteratione praecclare intelligenterque iudicat LVDOVICVS GVNTHERVVS MARTINI in *commentar. ad process. Saxon. T. XXXV. n. 6.* illam repartam esse litium abbreviandarum causa, ut nimirum is, qui iniquo iudicio oppressus est, breuiori via et ab inferiore iudice impetrare possit, quod multis ambagibus et maioribus sumtibus ope appellatio-  
nis interpositae a superiore consequi studet, illud sicut verissimum est, ita in omnia alia, quae suspensiua di-  
dicuntur remedia conuenit. Vnde vel hoc argumen-  
to satis intelligi potest, non ex romano iure, sed ex Germanorum institutis vetustis illa originem ducere. Quid enim Germanis, libertatis studiosissimis tam odiosum atque intolerabile fuit, quam in iudicando tarditas atque procrastinatio? Quid? quod non aliam ob causam Romanorum mores exercendi iudicia tanto-  
pere illis displicuisse videntur, quam quod lites iis ex litibus seri, variisque calumniis sententias extrahi cre-  
derent. Idcirco armis potius, quam iure terminari controuersias malebant, vti ex VELLEIO *L. II. histor.*

cap.

*cap. CXVIII.* et **FLORO L. IV.** *cap. XVII.* discimus, quod hoc paullo longiore moram habere videbatur, quam ut aequo id animo ferre possent, et libertati conueniret. Qui autem factum sit, ut tam variis, tamque diuersis nominibus remedia suspensiua, in foris Germ. recepta, veniant, acute eleganterque exponit **GUNDLINGIVS** in *differt. de transmiss. actionum cap. I.*  
*§. 14.*

### §. XVIII.

Quisquis vero est, qui vno ex remediis supra memoratis vtitur, ex consuetudine fori decendio seruire debet, aut termini fatalis, cuius remedio interponendo praefiniti, rationem habere. vid. **NIC. CHRISTOPH. L. B. DE LYNCKER** in *comment. de fatalibus §. LXIV.* Quod ex iure romano esse fatus liquet ex *Nouella XXIII.* *cap. I.*, quo Iustinianus intra decem dierum spatium appellationem interponendam esse constituit; quod fatale non solum in ius canonicum migravit, sed etiam ab vniuersis Germaniae foris, tamquam diuina constitutum voluntate, receptum esse obseruat perillustris **LEOPOLDVS NIC. L. B. AB ENDE** *de fatal. rigor. iniqu.*  
*pag. 274.*

### §. XX.

Sed haec tenus de remediis suspensiuis. Nunc videamus de deuolutiuis, quae spectata verbi notione, facile a reliquis internoscuntur. Etenim deuoluere nihil aliud notat, quam transferre, quo sensu occurrit in *L. XVI. D. de action. rerum amotar. ad fiscum mariti bonis deuolutis.* Ita quoque **VLPIANVS** in *L. XIII. §. III. D. quod vi aut clam ait, dominio ad aliquem deuoluto*, i. e. trans-

translato. Hinc quoque *ius deuolutionis*, de quo in iure canonico tit. X. de suppl. neglig. praelat. agitur, translatio iuris pro ea vice amissi ob negligentiam in eligen-  
do, conferendo, et prouidendo in superiorem vocatur.  
Vid. illustris IVSTVS HENNING. BOEHMER in *iur. ecclesiast. protestant.* Vol. I. p. 410. Proinde meo quidem  
iudicio recte sciteque *remedii deuolutiuia illa dicuntur*,  
*quibus disceptatio causae, apud inferiorem iudicem tracta-*  
*tae, ad superiorem transfertur.* Quemadmodum vero  
instantia constitui dicitur *vus forensis peritis*, quando  
causae cognitio vterior ab inferiore iudice ad superio-  
rem transfertur, vti scienter docuit eximium quondam  
academiae nostrae, iam Marburgensis decus, IO.  
GEORGIVS ESTOR in diff. de *iure primi fori s. benefic.*  
*prima instant. non restricte posthac praefniendo §. XLII.*  
*et LII.*, ita non inepte forsan remedia deuolutiuia voca-  
ueris, *quibus interpositis, noua constituitur instantia.* Nec  
quisquam moueri debet, quod instantia vulgo etiam  
dicitur, si quis remedio leuterationis, vel reuisionis,  
vel supplicationis, vel querelae nullitatis vtatur. Per-  
peram enim hoc fieri, et indoctum pragmaticorum  
vulgus ita loqui iam dudum ab aliis est adnotatum.  
Vid. IOAN. HENRICVS nobilis dominus DE BER-  
GER in *oeconomia iuris* L. IV. T. I. §. II. Simulatque  
vero causae cognitio ad superiorem iudicem trans-  
lata est, inferiori iuris dicendi potestatem adem-  
tam esse necesse est: quod proprium est adpellatio-  
nis, quae idcirco pro remedio deuolutiuio merito ha-  
betur, licet suspensiō quoque effectu, vti supra  
diximus, non destituatur.

## §. XXI.

Porro remedia, quibus sententiae impugnari possunt, vulgo in *ordinaria* et *extraordinaria* diuidunt. Nimirum *ordinaria* vocant, quae legibus cuiusuis provinciae prodita, vel moribus recepta sunt, eoque effectu praedita, ut sententiam a viribus rei iudicatae suspendant. Quum vero remedia suspensiua antequam sententia in rem iudicatam transeat, interponenda sint; ita illa, quae post rem iudicatam institui possunt, eoque comparata sunt, ut sententia, causa denuo discussa, ob causas in lege probatas rescindatur, *extraordinaria* adpellantur. Vid. vir illustris, 10. GOTTFRIED SCHAVMBVRG in *principiis praxeos iurid. iudiciar.* L. I. Sect. II. cap. I. §. 8. Sed vix est, ut hac diuisione hoc loco vitamur. Remedia enim, quae explicauimus, ordinaria sunt iis in locis, in quibus illa obtinere diximus, et omnia intra decendium ante quam res sit iudicata interponi debent. Et si restitutio in integrum remedium extraordinarium dicitur, vti tradunt HERM. VVLTEIVS de *iudiciis* L. IV. cap. VI. DAVID MEVIVS Part. I. decis. 138. part. VII. dec. 271. NIC. CHRISTOPH. L. B. DE LYNCKER de *grauamine extraiudiciali* cap. VIII. §. 35. et 37, tunc illa intelligitur, quae ex iure praetorio profecta, aut constitutionibus principum inducta est. Mirum est turbari et confundi ea, quae inter se nimium quantum differunt. Restitutio enim in integrum vera et proprie dicta, sive a Praetore inuenta, sive ab Imperatoribus concessa sit, difficulter imperatur, et noua argumenta grauesque requirit causas per L. XXXI. et XXXV. D. de *re iudicat.* Et, vti ex L. XVII. §. III. D. de *minor.* constat aduersus sententiam nemo nisi

nisi Princeps, aut, qui eius vice sacra iudicabat, praefectus Praetorio restitutionem in integrum concedere poterat. Nemo igitur est, quin intelligat, restitutionem in integrum quatenus post rem iudicatam admittitur, et extraordinarium remedium vocatur, ab ea, quae loco suspensiui remedii est in quibusdam iudiciis, mirum in modum discrepare.

## §. XXII.

Sed an supplicatio remedium extraordinarium recte dicatur, quod non pauci adfirmant, illud quoque nunc disquirendum videtur. Fuerit supplicatio olim in senatu imperatoriae aulae remedium extraordinarium, quum vel plane non, vel difficulter admodum illi locus daretur, et in mero Caesaris arbitrio possum esset: attamen hodie in supremo illo imperii iudicio ordinarium et iure comprobatum esse inter omnes constat. *Ordinat. Senat. Caes. aul. Tit. V. §. VII. Instrument. Pac. Westphal. T. V. art. XX. §. LV.* Quamquam vero in senatu aulae imperatoriae splendidissimo supplicatio ordinarii remedii loco sit: tamen in iudiciis principum Germ. illam extraordinarii remedii nomine venire contendit vir illustris, *ESAIAS PVENDORF* in *introduct. in process. ciu. Part. IV. Sect. VI. cap. II. §. 2.* Ego equidem non infiior tum demum obtainere supplicacionem, quum adpellandi facultas praecisa est propter ea quod aut summa, quae requiritur, deficiat, aut quod ipsa caussae indoles adpellationem respuat. Quin lubens concedo, supplicationis vsu adpellationem excludi, quod variae constitutiones de re iudicaria latae loquuntur. Si quis hoc casu supplicationem remedium

dium extraordinarium dicere malit, per me liceat, nolo cum quoquam hac de re magnopere altercari. At quum usus fori etiam in inferioribus iudiciis remedium supplicationis ferat, quamuis causa sit appellabilis, ita, ut aditus nihilo secius ad adpellationem pateat: non possum, quin illud in ordinariorum magis, quam extraordinariorum numero habendum esse existimem. Neque enim, meo quidem iudicio, supplicatio extraordinarium remedium recte dici potest, nisi ea post rem iudicatam ob errorem, negligentiam, vel aduersarii circumuentionem petatur latæ sententiae emendatio, quod suo suffragio comprobant **R. OSBACH** in *process. ciu. tit. LXXVI. n. 17.* et **SVEN DENDOERFER** in *process. Fibig. p. 897.* Ita quoque adpellationem, quam remedium ordinarium esse nemo dubitat, extraordinarium vocat **LYNCKER** de *grauam. extra iudic. cap. III. Part. II. §. 1.* eamque negat locum habere, si ordinarium competat, quod ita vult intelligi, si grauamen apud eundem iudicem emendari queat.

### §. XXIII.

Satis, opinor, demonstrasse mihi videor, non vnius esse generis remedia, quae iure nostro prodita sunt, et ad refigidandam sententiam, minus aequam, a litigantibus adhiberi possunt. Alia enim in eodem iudicio, in quo sententia lata est, institui possunt, quod minori fit dispendio, nec moram adeo longam habet: alia vero sine magno periculo et adparatu explicari nequeunt, quae eo comparata sunt, ut superior iudex rescindat aut corrigat sententiam, vbi multae

tae sane molestiae litigantibus sunt deuorandae. Vix opus est moneri, sponte enim liquet, non omnia remedia suspensa vbiique, sed alibi alia vsu obtainere. Sic vbi leuteratio loco remedii suspensiui habetur, ibi exulat supplicationis beneficium. At nullum facile reperies iudicium in Germ. bene constitutum, quod non vnum ex illis remediosis suspensiuis, quae recensuimus lege adprobatum et constitutum sequatur. Nihil profecto eum videre, et parum acutum esse oportet, qui non in litigantium utilitatem hoc statutum esse intelligat. Quae enim alia eius rei ratio esse potest, quam diuersi generis remedia aduersus sententias legibus conceduntur, quam vt litigantibus eo remedio, quod sibi maxime conducere putent, ad id, quod volunt, citius consequendum, experiri liceat?



C 3

CAP. II.



## C A P. II.

DE

### VSV REMEDII VNIUS ALIA NON EXCLVDENTE ET DE RENVNCIATIONE ADPELLATIONIS.

- §. XXIII. An electione et vsu vnius remedii alterum excludatur?
- §. XXV. An ab actionibus ad remedia aduersus sententias argumentum duci possit ad regulam banc probandum?
- §. XXVI. Aliae huius sententiae variationes examinantur.
- §. XXVII. Regulam banc in remedii aduersus sententiam non valere ex ipso eorum indole probatur.
- §. XXVIII. Renuncatio adpellationis iure permissa est. Quid illa sit declaratur.
- §. XXVIII. Renuncatio haec sit post latam sententiam. An adpellationi ante quam lis orta sit, renunciarre liceat?
- §. XXX. Quid tacita adpellationis renuncatio eius definitio illustratur.
- §. XXXI. An adpellationi renunciare censatur, qui in diuersa causa a iudice inferiore auxiliaria petit?
- §. XXXII. Nonnullae tacita adpellationis species recensentur.
- §. XXXIII. Si adpellans a indice inferiori petit, ut sententiam iniquam corrigat, et grauamen remoueat, tunc adpellationi renuncia esse videatur.
- §. XXXIV. Adpellatione deserta, tace eidem renunciatum censetur.
- §. XXXV. Quando adpellationi renunciarre liceat?
- §. XXXVI. Si adpellationi renunciatum est, sententia transit in rem indicatam.
- §. XXXVII. Adpellationis renuncatio non excludit remedia suspensiva, veluti leteratu*ri*s, supplicationis, aut reuisionis.

### §. XXIII.

**V**ENIMVS iam ad quaestione*m*, an, si ex diuersis remediis, quae ad impugnandam sententiam comparata sunt, vnum electum vel usurpatum sit, altero vti non liceat, quae paullo adcuratius est explicanda. Qua in re primo obseruandum est, in diuersa

uersa abire doctores pragmaticos, et multum intelligendo facere, ut nihil intelligent. Quod vulgo in philosophorum scholis iactari solet, vnius positionem esse alterius exclusionem, illud hic quoque valere contendunt. Etenim in remediiis, quae per vices surrogari solent, seu *alternatiuiss*, vt loquuntur, fas esse negant, si vnum electum sit, postea, omisso illo, ad aliud conuolare. Ita sane rationes subduxit DAVID MEVIVS Part. IV. decif. CCCLXXXIX, et, quod mireris, hanc in sententiam argumento vtitur L.X. §.V.D. de iure dor. Nollem vero vir eximiū tam manifeste abuteretur lege, et obtorto quasi collo illam raperet ad id probandum, quod inde probari nequit. Quid enim illa species, quae in citata lege tractatur, similitudinis habet cum hac quaestione, vt argumentum ab illa duci possit ad hanc decidendam? Nimirum electio marito permittitur, si res in dotem datae aestimatae fuerint, vt aut res, aut pretium earum restituat, praesertim, si ita conuenerit. Iam scire velim, quo pacto ex huius legis sententia colligi possit, electione et vsu vnius remedii alterum excludi.

## §. XXV.

Scio complures leges proferri ad probandam illam sententiam, uno si quis vsus sit remedio ex diversis, quae ad impugnandam sententiam comparata sunt, altero vti non licere. Quum enim omnis iureconsulti cognitio fere ab exemplis pendeat, et nisi legis auctoritate confirmetur, sententia futile et inanis habeatur: magnopere caudent, ne sine lege loqui videantur. Sed id quoque scio, eas omnes tantum huic sententiae prodesse, quantum illis, qui vita functi sunt, naenias. Ut ecce

VLPIA-

VLPIANVS in L. XLIII. D. de regulis iur. hanc ponit regulam: *quoties concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, vna quis experiri debet.* Iam vnum quisque intellegit VLPIANVM de cumulatione et variatione actionum loqui, quae recte non permittitur, quoniam certa esse debet eius, qui in iudicio agit, intentio. Vid. IACOBVS GOTHOFREDVS in comment. in regulas iur. pag. 218. Sed quomodo certa esse potest, si quis pluribus experitur? Vnde una electa, altera tollitur; si plures actiones ad eundem finem comparatae sunt, et electiae, ut aiunt, concurrunt. Sic contra furem nemo potest uti conditione furtiva, et simul rei vindicatione, eo quod utraque res petitur. L. I. D. de condic. furtiva L. XXIII. pr. D. de rei vindicat. §. vlt. I. de obligat. quae ex delict. nascent. At vero si quis rei persecutoria egerit et obtinuerit, non prohibetur poenam persecui vel mere penalii, ut actione furti, §. V. I. de oblig. quae ex delict. nasc. vel mixta actione. Nam quum ad diuersa hae tendant actiones, non potest alia aliam absorbere. Sed de concursu actionum plura disputare nihil attinet, quod satis argumentum hoc exsequuti sunt 10. BRUNNEMANNVS de concurs. et cumulat. action. Sect. II. cap. II. §. 4. sq. et illustris IVSTVS HENNING. BOEHMERVS de action. Sect. III. §. VIII. Ut vero ad eamdem regulam pertinet L. IX. §. II. D. de tributor. action. quippe qua captum est, ut ne quis ex una atque eadem causa actione tributoria et de peculio experiatur: ita facile adparet parum apte et concinne, quod de actionibus constitutum est, ad remedia, quibus sententias impugnandi ius est, proferri. Ecquis nescit aliam esse actionum rationem, ac  
reme-

remediorum, quae ad rescindendas sententias inique latas comparata sunt? Et quis dubitet illa defensionis habere speciem? Atqui nemo prohibetur etiam alia vti defensione, vti **VLPIANVS** in eadem illa *L. XLIII. pr. D. de regul. iur. loquitur.* Quae quum ita sint, mirari subit, in his ipsis legibus sententiae huius praesidium laudatum **MEVIVM** sibi reperisse videri. Postquam enim illas in medium adduxit, ideo, inquit, *vbi per supplicationem petitur sententiae correccio postea appellare non licebit, nisi ex statuto vel consuetudine alio post aliud vii permititur. Part. V. decif. X.*

### §. XXVI.

Quamquam vero plerique hanc sequuntur sententiam: aliam tamen alii eius reddunt rationem. Aiunt nimirum quoties extraordinarium remedium electum sit, ad ordinarium recursum interclusum esse. Sic adpellationem remedium esse ordinarium contendunt; supplicationem vero extraordinarium, et si quis supplicationem interposuerit, eum non posse adpellationis adhibere remedium, nec adpellatione semel electa ad supplicationem procedere. **DE LYNCKER de grānam. extraiudic. p. 794.** Est quidem supplicatio loco adpellationis recepta, quod propterea supplicatur, quia adpellare non licet. Vnde recte colligitur, postquam supplicationis remedium adhibitum est, adpellationi locum non relinqui. Quemadmodum vero supplicatio tum adpellationis vicem obtinet: ita tacitam adpellationis renunciationem continet, si in causa adpellabili adhibeat. **PVFENDORF l. c. Part. IV. Sect. VI. cap. II. §. 5.** Ita vero in iudiciis superioribus

D

obtinet

obtinet. Nam in inferiori iudicio si quis supplicatio-  
nis remedio vſus sit, nihil impedit, quo minus postea  
adpellare possit. **DE LYNCKER** l.c. p. 804. n. 3.

### §. XXVII.

Quae haec tenus disputauimus, ea satis ostendunt,  
minus recte doctores pragmaticos regula supra propo-  
fita vti ad quaestionem hanc decidendam. Nam vti  
illa tantum valet in eiusmodi remediis, quorum eadem  
est ratio: ira fallit in eiusmodi remediis, quae ad di-  
uersum finem sunt comparata. Remedia autem, quae  
ad rescindendas sententias, inique latas, adhiberi in  
foro possunt, distincta esse, et ad diuersum finem com-  
parata, quis est, qui negat? Ex quo consequi videtur,  
vt qui adpellationem interposuit, non prohibeatur sup-  
plicationis, leuterationis, vel simili remedio vti. Ita sa-  
ne rationes subduxit **ANDR. GAILIVS** I. Obs. CXXXV.  
n. 4. quum adpellationis et nullitatis diuersa remedia  
esse pronunciat, ideoque vnius remotione alterum re-  
medium non tolli; quod **MYNSINGERVS** Centur. II.  
Obs. LXXVII. et **GEORG. MELCHIOR DE LVDOLPH**  
in *commentat. systemat. de process. cameral.* p. 194., aliquie  
suo suffragio comprobant. Quin in remediis pluribus,  
quae successiva et surrogativa sunt in primis aduersus  
sententias, regulam dictam locum habere disertis ver-  
bis negat laudatus **LYNCKER** *Resolut.* CLXXIX.

### §. XXVIII.

Non tam durae sunt leges, vt nihil indulgeant ad-  
fectibus hominum, nullamque imbecillitatis humanae  
rationem habeant: quod tantum abest, vt sollicitudini  
illorum

illorum variis modis prospiciant. Ita sane permittunt, ut errorem poenitentia litigantes corrigant, siquidem is, qui adpellauit, licentiam habet arbitrium suum commutandi. *L. XXVIII. Cod. de adpellation. si quis libellos adpellatorios ingesserit, sciat se habere licentiam arbitrium commutandi, et suos libellos recuperandi, ne iustae poenitutinis humanitas amputetur.* Et quidni poenitentiae locus sit, quum iuri in sui commodum constituto quilibet renunciare possit? Renunciat autem adpellationi, qui declarat, *quod beneficio adpellationis, ad quod conuoluerat, amplius vti volit.*

### §. XXVIII.

Primo itaque satis constat, renunciationem, de qua iam loquimur, fieri debere, postquam lata est sententia, quamvis aliquis etiam ante litem ortam prouocationi renunciare queat. Nam si quis ante sententiam professus fuerit, se a iudice non prouocaturum, indubitate prouocandi auxilium perdidit, vt ait **VLPIANVS** in *L. II. §. II. D. a quib. adpell. non liceat.* Possunt etiam partes, scriptura interueniente, pacisci, ne quis adpellationis vtatur beneficio: nec opus est, vt hoc lite iam mota fiat, vti contendit **BARTHOL. LEONH. SVENDENDOERFER** in *Processu Fibigiano p. 879*, cui non sufficere videtur renunciatio, quae ante litem inchoatam facta est. Sed vti *L. V. §. vlt. C. de tempor. adpellat.* generatim loquitur: ita nemini dubium est, quin valeat pactum, quo adpellationi renunciatum est, siue id ante litem inchoatam, siue postea initum sit. Num vero is, qui sententia se statrum promisit, prouocationis remedio renunciasse censendus sit, non satis

D 2

expe-

expeditum videtur. Sunt enim, qui existimant eum, qui sententiae se paritum promisit, eamdem quoque non impugnaturum esse promisisse, ideoque adpellationi renunciasse. **BACHOVIVS** ad Treutlerum Vol. II. D. 33. tb. 2. Quis vero tanta erit stultitia, vt sententiam iniustum aequo ferat animo? Quod quum temere non sit credendum: rectius alii non renunciasse censem prouocationi, nec eius remedio vti eum prohiberi, qui sententia se statum pollicitus est: siquidem ea conditione promisisse videtur, si nulla iniuritate sententia laboret. Vid. **GABRIEL SCHWEDE** in disp. de renunciat. *appellation.* §. XXII.

## §. XXX.

Quoniam vero regulariter ante sententiam nemo solet adpellare per L. VII. C. *quos adpellat. non recip.* cap. LIX. X. de adpellat. ea species, qua ante prouocationi quis renunciat, quam lis orta est, minus commode hic refertur, ideoque illam pluribus exponere nihil attinet. Quae vero post sententiam fit renunciatio adpellationis, ea in expressam et tacitam dispesci solet. Prior autem species quum satis explorata sit, et per se intelligatur, nulla eget explicatione; eoque magis altera consideranda, quo plures eius species in disceptationem veniunt, quae difficiles saepe explicatus habent. Tacita autem adpellationis renunciatio vocatur, quae ex facto adpellationi contrario et sententiae conformi colligitur. cap. LIV. X. de adpellat. cap. XXV. X. de testibus. **DAVID MEVIVS** Part. II. decif. CLXXVIII. Vnde tacite adpellationi renunciare censetur, qui id agit, vt iudicis ad quem iurisdictio excludatur. Nam quum interposita

sita adpellatione iuris dicendi potestas ad iudicem superiorem transferatur, consequens est, ut adpellationi renunciatum sit, si iudici a quo disceptatio causae principalis postliminio quasi restituatur. Rechte quidem alii adpellationis renunciationem ex factis colligunt, quae ad sententiae adprobationem spectant, vti **GABRIEL SCHWEDER** de renunciat. adpellat. §. XVII. At qui a iudice inferiore petit, vt grauamen remoueat, et ipse sententiam corrigat, is, tametsi adpellationi renunciat, sententiam ab eo latam non adprobat, sed aequiorem ab illo impetrare cupit. Quae quum ita sint, rectius forsan arbitramur tacitam adpellationis renunciationem praesumi, si exclusa iudicis superioris iurisdictione in causa, in qua adpellatum erat, iudicis a quo forum denuo agnoscatur.

## §. XXXI.

Itaque adpellationi renunciare non intelligitur, qui iudicem inferiorem adit, inque diversa causa ab eo auxilium petit, **MEVIVS** Part. I. decif. CCXLVIII. Neque enim ex eo, quod appellans coram iudice inferiori comparuit statim adpellationis renunciatio colligenda est, nisi ab eo petat, vt ius in causa, in qua adpellatum est, dicat. Ea quoque, quae simul licent iudici a quo pendente adpellatione, et quae ad faciliorem adpellationis exitum comparata sunt, si rogentur, non continent adpellationis renunciationem.

## §. XXXII.

Variae sunt species tacitae adpellationis, quae satis copiose a doctoribus explicitantur. vid. **LAVTERBACH** in *Collegio Pandect. L. XLIX. T. I. §. XVII. SCHWEDER*

D 3 in

in diff. de renunciat. adpellat. §. XVII. seq. Sic tacite adpellationi renunciatur, si dilatio ad soluendum petatur, L. V. C. de re iudicat. si super iudicato transfigatur, L. XL. §. 1. D. de pactis, aut adpellans iusurandum iudiciale aduersario deferat, L. XII. §. III. C. de rebus credit. quas, quum ab instituto nostro sint nimis alienae, nihil necesse est hac oratione comprehendi,

## §. XXXIII.

Pluris refert, vt de illa specie videamus, si adpellans a iudice inferiore petit, vt grauamen remoueat. Quamquam vero is in sententia lata non adquiescit: sat tamen adpellationis renunciatio exinde adparet, quod a iudice superiori recessit. Quoties enim causa e superiori iudicio, ad quod per adpellationem delata erat, ad inferioris iudicis subsellia denuo retrahitur; toties adpellationis inducitur renunciatio. (§. XXX.) Remissio, inquit GAILIVS Obs. I. n. 131. causae ad iudicem a quo superioris remittentis iurisdictionem finit. Nec mouere quemquam debet ratio, quam reddit SIGISMUNDVS SCACCIA de adpellation qu. XVII. n. 21. quod comparitio coram iudice inferiore pro reuocatione grauamnis impetranda ad eumdem finem, ad quem spectat adpellatio, tendat. Multum enim interest, vtrum superior, an inferior iudex latam sententiam emendet, et, si posterius sit, perspicuum est, iudicis superioris iurisdictionem excludi, atque adeo adpellationi renuntatum esse. Vid. IAC. BLVMIUS in process. cameral. T. XLIII. num. 19. MEVIVS Part. VII. decis. 93. et SAM. STRYK introduct. in prax. forens. cap. XXIII. §. XII.

## §. XXXIII.

## §. XXXIII.

Quemadmodum adpellationi interponendae, introducenda, prosequenda eque tempora certa ac statu praefinita sunt, et forma lege vel consuetudine prescripta: ita facile unusquisque intelligit, tacite illum adpellationi renunciare, qui tempora statuta praeterlabi patitur, aut formam, lege prescriptam, negligit, et v. g. intra triginta dies apostolos a iudice a quo petere intermitit. Quid enim aliud est desertio adpellationis, quam tacita adpellationis renunciatio, quae ex praeterlapsis adpellantis culpa temporibus, aliquis actibus, cum adpellatione pugnantibus, iuris auctoritate colligitur, vti egregie ostendit vir illustris, IO. CASP. HEIMBURG in progr. de iudice adpellat. post introduct. desert. vid. cap. IIII. X. de adpellat. CASPAR ZIEGLER diff. de desertione. adpellat. §. 15. IAC. BLVMIVS in process. cam. T. LV. §. 2. 3. sq. Neglectis enim fatalibus perinde habetur, ac si ab initio minime esset prouocatum, et paria censentur non esse adpellatum, et adpellationem esse desertam. MEVIVS Part. I. dec. XI. n. 5. Part. VII. dec. 53. n. 3.

## §. XXXV.

Nemo igitur prohibetur adpellationi renunciare; sed quando leges hanc facultatem cuilibet concedunt, simul cauent, ne hoc cuiquam fraudi sit, aut ius quae- situm alteri interuertatur. Et hoc sane aequitatis ratio vel maxime postulat. Itaque adpellatio omitti potest, postquam interposita est, etiam si altera pars contradicat, si citatio nondum est emissâ. CARPZOV Part. I. Conf. XVIII. §. 8. Quemadmodum vero adpellatio legitime introducta beneficium commune est, adeo,

adeo, vt adpellatus illi adhaerere possit: ita inuitu illo adpellans, qui pinguiorem forsan sententiam obtinere potest, adpellationi renunciare nequit. Vid. illustris **IVSTVS HENNING. BOEHMER** in *iur. ecclesiast. protest.* Tom. I. L. II. T. XXVIII. §. 35. Qui intempestive adpellationem misam facit, in expensas termini condemnatur. At si appellans de renunciatione adpellatum ante terminum certiore fecerit, nec hic in termino adpellationi inhaeserit, tunc expensas restituere non tenetur. **THOMAS HAYMIVS** de *stilo curiae L. VIII. T. XIX.* §. 4.

### §. XXXVI.

Quod adpellatione deserta iuris est, vt sententia in rem iudicatam transeat, idem quoque obtinet, si eidem renunciatum est. **M EVIVS P. VI. dec. 378. n. 1.** Quum enim, quoties hoc fit, perinde habeatur ac si non esset prouocatum, facile patet, rei iudicatae vires sententiam obtinere, si adpellationi renunciatum est. **SCHWEDE R** de *renunciat. adpellat.* §. XXVIII.

### §. XXXVII.

Quod si plura alicui remedia competit, quorum diuersa est ratio ac natura, misso vno, alterum repudiatum non censetur. (§. XXVII.) **SCACCIA** qu. XVII. lim. 2. n. 125. Ex quo sequitur, vt adpellationis renunciatio alia remedia v. g. leuterationis, nullitatis, supplicationis, reuisionis, restitutionis in integrum non excludat. **SCHWEDE R** l. c. §. XXIII. Accedit, quod stricte renunciatio sit interpretanda, ideoque, si adpellationi renunciatum est, hoc proferri nequit ad alia remedia, quibus sententiae impugnari possunt, et de quibus non est cogitatum.

### CAP. III.



## C A P . III.

DE

### IVRE VTENDI LEVTERATIONIS VEL SIMILI REMEDIO SVSPENSIVO, SI ADPELLATIONI RENVNCIATVM EST.

- §. XXXVIII. Non satis commo-  
dam semper adpel-  
lationem litigantium rationibus esse  
probatur.
- §. XXXVIII. An temere semper ad-  
pellasse videatur, qui adpellationi  
renunciat?
- §. XXXX. et XXXXI. Remedia, qui-  
bus in eodem, in quo late est, iudi-  
cio sententia impugnari potest, ex  
iure germ. orts cur maiori olim usu  
in foris germ. frequentata sint?
- §. XXXXII. In cunctis Germ. iudicis  
locus datur remedii suspensiis :  
unde facultatem litigantibus dari  
colligitur, quocunque velint, remedio  
vtendi.
- §. XXXIII. Ergo etiam remedio
- suspensiō, si adpellationi renun-  
ciauerint.
- §. XXXXIII. et XXXXV. Quod ple-  
nius argumentis probatur.
- §. XXXVI. Iure communī partibus  
permittitur, vt, si adpellationi re-  
nuncient, coram inferiori iudice re-  
uisitionis remedio utantur.
- §. XXXVII. Quid usus fori Saxonici  
ferat exponitur.
- §. XXXVIII. Iudici datur facultas  
adpellationem cum levitatione  
commutandi. Constitutionis butus  
ratio.
- §. XXXVIII. Multo satius est, litig-  
antium hoc relinqu arbitrio.
- §. L. Conclusio dissertationis.

### §. XXXVIII.

**S**ED concludamus aliquando rationem, summamque  
colligamus. Nimirum verissimum est, quod elegan-  
ter ait **VLPIANVS** in *L. I. pr. D. de adpellat. senten-*  
*tias bene latas nonnumquam in peius reformari, nec semper*  
*melius pronunciari ab eo, qui nouissimus fert sententiam.*  
Quod si animo probe secum reputarent litigantes, quis  
non futurum esse credat, vt facile se a temere adpellandi

E

libidine

libidine reuocari patientur, nec a sententia, nisi subductis  
rite rationibus omnibus, prouocent. Tametsi enim ad-  
pellationis auxilium adprime salutare est, et innocentiae  
praesidium merito habetur: tamen saepenumero accidit,  
vt illud plus incommodi, quam vtilitatis adferat. Quan-  
tum impensarum requiritur, quantum molestiae deuo-  
randum est, quot ferendi sumitus, vt meliorem a supe-  
riori iudice sententiam impetres? Quid vero victoria,  
exhaustis bonis, omni paene fortuna collapso prodest?  
praesertim, si tantae non sint prouocantis opes, vt sine  
maximo incommodo pecunia, ad trahendum bellum  
forense necessaria, carere possit. Nonne consultius est,  
qualicunque lucro tam intolerabilem moram, tantasque  
molestias redimere, et in sententia, a priori iudice lata,  
dum non nimis iniqua aut damnsa sit, adquiscere?  
At si sapientis est prudentia corrigere errorem, et mu-  
tare consilium, praepostere suscepimus, quidni libere  
vtamur remedio, quod liberaliter leges concedunt, vt  
poenitentia rebus nostris, si commodum sit, consula-  
mus? (§. XXVIII.)

### §. XXXVIII.

Iam occurrentum est eorum errori, qui temera-  
riae et calumniosae prouocationis suspicionem in eum  
cadere existimant, qui prouocationi suaee renunciat.  
Quam male enim illi ratiocinentur, ex eo facile quisque  
intelligit, quod poenitentia per se numquam malam  
causam arguit. Satis quidem constat, temere et per  
calumniam plures adpellare, ideoque fieri facile potest,  
vt prouocationi renunciet, qui causae bonitati non satis  
confidit, ne maiorem ferat iacturam, aut grauiores im-  
puden-

pudentiae poenas luat. Annon vero odio litis, aut verecundia potius, quam quod desperatam clamaramque suam causam esse putat, eo adduci quis potest, vt prouocationem suam missam faciat? Quod si verum est, quis, quaeso, temere hunc adpellasse dicat, aut tam iniquus erit, vt ex poenitentia malam eius causam fuisse colligat?

## §. XXXX.

Quamquam vero pleraque, quae ad litigandi rationem et ordinem pertinent, usisque fori seruat, ex iure canonico et ciuili in foro nostra promanarunt: nemo tamen ignorat, varia rei iudicariae instituta, quae adhuc obtinent, ex antiquis Germanorum moribus esse deriuanda. Audiamus iurisconsultum magnae in foro auctoritatis, SAMVELEM STRYKIVM, qui in usu modern. ad tit. de iurisdict. §. I. postquam, inquit, in Germaniam penetrarunt iura romana, non mutata est iuris dictio inter Germanos receptae facies, sed potius retenta, et quae illi deesse videbantur, ex iure romano tantum perita. Iam vero supra obseruatum est, non adpellandi solum licentiam, sed facultatem etiam sententiam in eodem iudicio impugnandi Germanos litigantibus dedisse, vnde manarunt remedia, quae vocant, suspensua, quae pro corrigenda sententia coram eodem iudice poterant interponi. Nam uti partes iudicem admonere poterant, vt sententiam, noua litis disceptatione susceptra, emendaret: ita quoque integrum iudici erat sententiam mutare, si ipsi causa prius non satis adcurate videretur iudicata.

E 2

## §. XXXXI.

## §. XXXI.

Atque haec remedia tanto maiori vsu apud Germanos frequentabantur, quanto grauior adpellationis erat molestia, et longiores eius ambages, a quibus ut quisque erat prudentior, ita maxime abhorrebat. Neque enim multis tantum difficultibus impedita erat adpellandi ratio, vti patet ex *Iur. Prouinc. Sax. Lib. II. art. XII. Iur. prouinc. Sueu. cap. CVI. §. II.* sed etiam cum tantis sumtibus coniuncta, vt paucorum facultates illis sufficerent. Ex quo sane maxime verisimile fit, faciliori atque commodiori magis via quemque ad ius suum peruenire maluisse, quam tam molestum et tortuosum iter ingredi, et interposito in eodem iudicio remedio, aquo remedium sententiam impetrare studuisse, praesertim quum mulieram iudici, vti adpellans, is, qui tali vsu erat remedio, priori sententia confirmata, exsoluere non cogeretur. Vid. illustr. HENRICVS CHRISTIANVS SENCKENBERG in den *Aufangs-Gründen der Teutschen gemeinen Rechts-Gelehrsamkeit* pag. 219.

## §. XXXII.

Quid igitur mirum, in quo quis fere Germaniae iudicio locum eiusmodi dari remedio, quo litigantes sententiam in eadem instantia, in qua lata est, impugnare possunt, vt caussa denuo cognita refigatur, aliaque legibus magis congrua feratur. Etenim supra iam obseruauimus illud modo leuterationis, modo supplicationis, modo reuisionis, modo restitutionis in integrum nomine venire, aliquando beneficium transmissionis aetorum, modo remedium extraordinarium vocari. Atqui vero ex illis omnibus, aut ego vehementer fallor, aut cuilibet

bet primum ad intelligendum est, facultatem litigantibus dari adhibendi, quocunque velint, quodque ad finiendam minori sumtu causam apitissimum esse putent, remedium. Quod ni ita esset, quorsum quaeso, diuersi generis remedia legibus de re iudicaria latis sunt comparata?

### §. XXXIII.

Nihil igitur obstat, quo minus is, qui interpositae contra sententiam adpellationi renunciauit, leuterationis, vel supplicationis, vel reuisionis, vel alio remedio vratur, vt grauamen, quod per sententiam ipsi illatum est, remoueatur. Nec obuerti potest, electione vnius remedii alterum tolli, quippe quod in illis tantum remediis valere ostendimus, quorum eadem est ratio. Et quis libertate consilium mutandi litigantibus interdictum patet, quum leges illis licentiam eligendi remedium concedant, eamque nullis limitibus circumscribant.

### §. XXXIV.

Sed vt luculentius adpareat, neque nouam, neque forensi formulae contrariam esse sententiam nostram, aliis vtamur argumentis. Nimirum inter omnes constat, integrum cuius esse interpositae adpellationi intradecendum renunciare, et intra idem temporis intervalum alium iudicem, si commodum videatur, adpellare, vt ad eum causae cognitio transferatur. *L. XXVIII. C. de adpellat. illustris IO. GEORG. EST OR Anfangs-Gründe des gemein. und Reichs-Proceß. §. 1174.* Quod si adpellanti licet a priori iudice, ad quem prouocauerat, recedere, causamque ad alium plane iudicem per adpellationem devoluere, quid prohibet, quo minus quis leu-

terationis vel simili remedio suspensuo vtatur, qui adpellacioni renunciavit?

### §. XXXV.

Porro supra obseruatum est, desertionem adpellacionis esse tacitam adpellationis renunciationem. Quemadmodum vero una iuris consultorum, quorum magna est in foro auctoritas, sententia est, deserta licet adpellatione, remedio nullitatis locum esse: REINHARDVS BACHOV ad Treutler. Vol. II. disp. fin. tb. vlt. MARTINI comment. ad proceſſ. T. XXXVIII. n. 40. ita nemo dubitat, quin si expreſſe adpellationi renunciatum sit, leuterationis, vel supplicationis, vel reuisionis remedium eligi queat. Quin electa adpellatione, et iterum dimisita, remedium nullitatis adhibere licet teste LYNCKERO in Resolut. n. CLXXIX.

### §. XXXVI.

Quamuis vero iure communi iudex adpellationem iniuitis partibus cum alio remedio impugnandi sententiam commutare non possit; partibus tamen concedi solet, vt, si renuncient adpellationi, eamque missam faciant, reuisionis, si velint, remedio coram inferiori iudice vtantur. GAILIVS Obj. I. 153. n. 1. illustris ESTOR in Anfangs-Gründen des gemein. und Reichs-Proceſſ. §. 982.

### §. XXXVII.

Sed operae pretium fuerit, quid vsus fori Saxonici ferat, paucis exponere. Inter alia, quae bene sapienterque de litigandi ratione legibus in Saxonia constituta sunt, illud notatu maxime dignum videtur, quod iudici facultas datur adpellationem cum leuteratione commutandi. Etenim SVENDENDOERFER in proceſſ. Fibiano

giano p. 881. et p. 892. appellatio, inquit, a iudice ad quem resoluti potest in leuterationem, quod tamen iudici a quo non permititur ex mandato electoris de ann. CIC IOG LXX.  
 add. IO. HENRICVS NOBIL. DOM. DE BERGER  
*oeconomia iuris L. IV. T. XXVIII. §. II. n. 1.* Quod si fit,  
 causae cognitio ad inferiorem iudicem remitti debet,  
 vti docet vir illustris, ESAIAS PVFENDORF in intro-  
 duct. in process. ciu. Part. IV. cap. I. Sect. I. §. 18.

### §. XXXVIII.

In iudicis ergo superioris arbitrio positum est, vtrum permittere velit, vt alio sententiam impugnandi remedio pro adpellatione, qua antea vti erant, in iudicio inferiori litigantes sibi consulant, nec ne, cuius rei ratio non longe arcesenda est. Cauere enim, ne lites fiant immortales, omnique studio prouidere, vt quam primum illae, et quam minima fieri potest litigantium molestia, leuioribusque sumtibus finiantur, cuius, quae-  
 so, est, quam iudicis? Ex quo consequitur, vt quem comodissimum putet litigandi modum, viamque expeditissimam, qua ad finem causa perduci possit, eam litigantibus praescribere queat, et remedio utilissimo, factoque maxime adcommmodato locum dare. ANDREAS GAILIVS Obseru. I. 61. n. 1. Reete proinde MEVIVS Part. VII. decisi. CCLXXI. ait, quando iudex videt ex illo remedio, quod intentatur, parti non esse consultum, at ex alio, quod intenditur, idem imperrandum, ne lites multiplicet, statim debet huius rationem habere, quatenus per acta licet.

### §. XXXVIII.

Quanto vero melius cum litigantibus ageretur, si eorum permitteretur arbitrio, vtrum hoc iure, legibus con-

concessō, vti malint, et missa adpellatione ad iudicem inferiorem redire. Sane reipublicae et iustitiae quam maxime interesse videtur, vt aut nihil, aut quam minimum hic iudicium relinquatur arbitrio. Nam quum plus commodi iudices capiant, si lites protrahantur, quam cito terminentur, quis credat iudicem, qui ad rem forte iusto attentior est, tam facilem fore, vt adpellantem ad aliud impugnandi remedium in iudicio inferiori admittat, eoque remittat? Et quid opus est permisſu iudicis superioris, vt litigantes hoc vtantur iure, si leges illis liberam agendi facultem indulgeant, nec hoc in iudicis tantum arbitrium conferant?

## §. L.

Iam dudum praestantissimi quique viri in emendanda iudiciorum nostrorum formula, et profliganda potissimum molesta illa et insidiosa litium diuturnitate operam suam collocarunt: nondum tamen illi malo inuentum est remedium, quod non ciuium modo fortunas euertit, sed in ipsam etiam rempublicam redundat. Quot quot vero recte intelligenterque hac de re iudicant, vix labem illam iurisprudentiae elui posse sentiunt, nisi vetusta iuris forique disciplina aliqua ex parte reuocetur. Quod qua ratione commode fieri possit, si forte hac qualicunque disputatione ostensum sit: non plane inanem, aut iuris prudentiae inutilem laborem nos suscepisse arbitramur.





## ADPENDICVLA.

**Q**VAE disputata sunt a nobis, ea illustrari quodam modo possunt sententia ab illustri ICTORUM IENENSium ordine mense Septembri an. CLO IOCC XXXXI lata, quam non incommodum erit hic adscribere. Ita vero iudicatum est.

Ob wohl der Appellation halben, welche Beklagter wider die Auflage und Resolution aet. n. 34. a. an das Vicariat-Gericht oder das Kayserliche Cammer-Gericht, vor Notarien und Zeugen actor. n. 36. a. eingewandt hat, es scheinen dürfte, daß hierüber nicht erkandt werden könne, angesehen ausfindigen Rechtens wäre, daß der Unter-Richter so bald eine Berufung wider ihn erhoben worden, alles Erkändtnisses sich zu enthalten habe, weil die Appellation ihm die Hände binder, wenn gleich der Ober-Richter die Appellations-Proesse noch nicht erkandt, und noch keine inhibitoriales ergeben lassen, LATTERBACH in colleg. theor. pract. L. 49. tit. 7. §. 1. p. 1399. Bevorab durch die Appellation die Sache an den Ober-Richter lediglich gelanget, CARPOV resp. 72. n. 23. zugeschweigen, daß die Berufung ein beyden Theilen gemeines Mittel worden, demnach ohne des Appellaten Einwilligung Appellant der Appellation nicht entsagen können, L. 28. C. de appellat. ibique BRVN-

F

NEMANN.

NEMANN. n. 3. p. 910. MYNSINGER cent. 2. Obs. 21.  
 p. 86. BOEHMER Vol. 2. Part. I. cons. 429. n. 3. so dann  
 zwar der Ober-Richter eine Appellation in ein anders reme-  
 dium suspensuum verwandeln könne, gleichwohl dieses der  
 Unter-Richter zu thun sich nicht ermächtigen dürfe, quia  
 semel electa appellatione ad supplicationem procedere  
 non licet, L. B. DE LYNCKER de grauam. extra iudic.  
 cap. 9. Part. 2. §. 10. n. 4. p. 794. MEV. Part. I. dec. 180.  
 et remedia, quae ad impugnandam sententiam tendunt,  
 alternatiue competit, LYNCKER l. c. n. 5.

Dennoch aber und dieweil: Was die von Beklagten  
 und Pronocanten wider das Decret act. n. 34. a. erhobene  
 Appellation an das Cammer- oder Vicariat-Gericht, anlan-  
 get, der Appellant dieser wider des Gegenthels Willen um  
 so mehr entsagen kan, je deutlicher aus den Acten, und zwar  
 n. 36. b. sich veroffenbahret, daß Appellat sothaner Appel-  
 lation widersprochen hat, welchenfalls dem Appellanten sei-  
 ner erhobenen Berufung sich zu begeben frey stehet, MEV.  
 Part. 6. dec. 191. n. 3. wenn es zumahl einen Beybescheid, wie  
 allhier, betrifft, Idem l. c. THOENNIKER aduocat. prud.  
 in foro ciuili Part. 2. sect. 1. n. 44. p. 352. auch die Appel-  
 lation noch nicht eingeführet ist, solchemnach Appellant wie-  
 der davon abgehen darf, LAVTERBACH l. c.

L. 49. tit. 7. §. 7. p. 1404. etc.




**ULB Halle**  
005 360 803

3





B.I.G.



DE  
V R E  
EVTERATIONIS  
REMEDIO SVS.  
ADPELLATIONI  
CIATVM EST  
ATIO IVRIDICA

Q V A M  
TRIS ICTORVM ORDINIS

A E S I D E

HENR. ECKHARDO

IVRIVM DOCTORE  
OES. PROF. PVBL. ORDIN.

IVLII CICIOCC XXXXV

ICE DEFENDET

AROLVS SCHATZ  
NTORATENSIS.



OFFICINA RITTERIANA.